



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1611. usque ad annum 1617

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1777**

**VD18 90118898**

§. 155. Illustrium Personarum obitus.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67313](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67313)

Sæc. XVII. ingrediente Moniales omnes secedere  
A. C. 1616. debeant, nec aliæ præsentēs sint, præ-  
 ter Superiores & illas, quæ eas comi-  
 tantur: Ejusdem vero Mensis die de-  
 cima septima in S. Rituum Congrega-  
 tione declaratum, quod Canonicus Heb-  
 domadarius Officium peragens, locum  
 habere debeat ante omnes dignitates,  
 & Canonicos. Notanda etiam est S.  
 Congregationis Episcoporum decisio die  
 decima nona Novembris emanata, qua  
 declaratum, quod si peregrini habentes  
 casus non Reservatos a suo Episcopo,  
 confiteantur in itinere simplici Con-  
 fessario subdito Episcopi casus illos re-  
 servantis, non queant absolvi, atque  
 irrita sit ejusmodi absolutio sine licen-  
 tia Ordinarii, secus vero si habuerint  
 reservatos a suo Episcopo, confitentes  
 simplici Confessario subdito Episcopi non  
 reservantis. Denique die vigesima De-  
 cembris statutum, quod Sacerdotes Re-  
 gulares nequeant excipere Confessiones  
 Mulierum Tertii Ordinis de Pœnitentia,  
 nisi fuerint ab Ordinario approbati  
 ad audiendas sæcularium confessiones.

## §. CLV.

*Illustrium Personarum obitus.*

*Merc. Gal-* **I**nter Principes, qui hunc annum vitæ  
*lob. t. II. l. 2.* suæ postremum habuere, sola recen-  
 setur



fetur Maria Anna Guilielmi Bavariae Sæc. XVII.  
 Ducis, & Renatæ Lotharingiæ, Filia, A. C. 1616.  
 quæ anno Domini millesimo sexcentesi-  
 mo Ferdinando II. desponsata tres filios, *Bald. chron.*  
 duasque Filias reliquit, ac die octava *moral. Gram-*  
 Martii mortalitatem exiit, annos nata *mon. Hist.*  
 quadraginta duos. Die autem septi- *Gall. 1. 2.*  
 ma Februarii Achilles Harlæus octo- *P. Daniel*  
 ginta duos annos natus decessit. Hic *hist. de Franc.*  
 omnes honorum gradus inoffenso pede  
 decurrens Parisiensis Curiae Præses po-  
 pulum ab immodicis tributis exonerare  
 satagebat, & quamvis Religioni Catho-  
 licæ addictissimus esset, nunquam ta-  
 men a Guisio Duce ad *Ligistarum* par-  
 tes pertrahi valuit, unde horum invi-  
 diam sibi accersens, sparso in vulgus ru-  
 more, quod in Guisiorum necem con-  
 spirasset, die decima sexta Januarii an-  
 no Domini millesimo quingentesimo  
 octogesimo nono ab eis ad Bastillæ car-  
 cerem abducebatur, inde nonnisi post  
 Henrici III. obitum persoluta decem  
 aureorum millium multa liberatus:  
 Pristino igitur muneri restitutus, fer-  
 vens Reipublicæ administrandæ studium  
 præseferabat, nobiliori juxta ac sanio-  
 ri parti, populoque percarus, paucis  
 vero ideo exosus, eo quod Jesuita-  
 rum e Regno expulsionem promo-  
 vissset, ac intrepido animo eorum re-  
 vocationi ponderata Regni tranquillitate



Sæc. XVII. tate obstitisset, ob quam in eos acerbi-  
 A. C. 1616. tatem acriter perstrictus fuit a P. Ju-  
 venco, qui eum *novæ doctrinæ* Calvi-  
 nianæ ni apertum, saltem occultum fuis-  
 se Patronum asserit, eumque annume-  
 rat illi *hominum generi, quod ubique 'Je-  
 suitis inimicum & infestum est*, quamvis  
 ejus orthodoxia omnibus perispecta a  
 Parisiensi Senatu sub Ludovico XIV.  
 Galliarum Rege strenue vindicata fue-  
 rit. Hæc autem vexatio constantem  
 Harlæi animum frangere haud poterat,  
 palam professus, quod Dei honorem,  
 & Regis incolumitatem pluris haberet,  
 quam propriam vitam: tandem vero  
 senio, morbisque oppressus, Offi-  
 cio suo sponte decedens, privatamque  
 agens vitam, quæsitâ solitudine velut  
 in mortis præludium sese toto quinquen-  
 nio ad finem vere Christianum accin-  
 xerat, postremum vitæ suæ momen-  
 tum tranquille præstolatus.

## §. CLVI.

*Statuta Salisburgensia pro Clero.*

Concil.

Germ.

Schanat pag.  
264. tom. 4.

Postquam Marcus Sitticus Comes ab  
 Hohems Archiepiscopus Salisbur-  
 gensis Heterodoxos ex Universa Sa-  
 lisburgensi Provincia proturbaverat, to-  
 tam suam diæcesin ipse perlustrans,  
 varia,